

VERÆ, CHRIS-  
TIANÆ, CATHO-  
LICÆQUE DOCTRINÆ

solida Propugnatio, vna cum illustri con-  
futatione Prolegomenorum, quæ pri-  
mùm Ioannes Brentius aduersus  
Petrum à Soto Theologum  
scripsit, deinde verò Petrus  
Paulus Vergerius apud  
Polonos temerè  
defendenda  
suscepit.

*Auctore Reuerendissimo in Christo Patre  
atq; Domino, D. Stanislao Hosio,  
Episcopo Varmieni.*

Quæ in hoc opere continentur  
versa pagella reperies.



ANTVERPIÆ,  
In ædibus Ioannis Steelii.  
M. D. LIX.

Cum Gratia & Privilegio.



*Exemplar comp. de Jesus de Sal.  
de la biblioteca*

# Serenissimo &

# CHRISTIANISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO,

Domino Sigismundo Augusto, Dei  
gratia Regi Polonæ, Magno Duci  
Lithuanicæ, Ruscicæ, Pruscicæ,  
Masouicæ, Samogiticæ, &c.

Domino & Hæredi,

Domino cle-  
mentissi-  
mo.



*I D I Serenissime Rex Libel-  
lum quendam Ioannis Brentij,  
quem tibi Petrus Paulus Ver-  
gerius dicare vericus non est: neo*

*que sine magna animi mei molestia legi. Vo-  
cat is libellum hunc aureum, sed ego non fa-  
cilè crediderim, aurum illud, quod proverbio  
celebratur, Tolosanum, maiorem perniciem  
iis attulisse, quorū est manibus attrectatum,  
quàm quantam incautis & simplicibus, quo-  
rum versabitur manibus hic libellus, adferre  
queat: Vt si dici meretur aureus, non ex alio  
quàm ex auro Tolosano conflatus esse videat-  
ur. Quid enim? An non omnem ordinem  
in eo peruertit? an non policiam omnem de-  
struit? an non profere omnia sedulò, que ad*

*A 2 pacens*

# Libër Primus

## DE HAERESIBVS NOSTRI TEMPORIS, AV

thore D. Stanislao Hofio Episcopo  
Varmieni.



RIVS QVAM EXCVTI  
amus argumenta Brentii, visum est  
de variis huius temporis sectis non  
nulla præfari, quod à præsentì nos-  
stro instituto minimè fuerit alienum  
Etenim sathanismus hic què in hac  
præfatione nostra recensēbimus, nō aliunde sump-  
sisse videtur originem, quàm ex his quatuor capi-  
tibus, quæ in hoc libello suo Brentius asserit. Nam  
dum vnusquisq; sibi de doctrina Religionis iudic-  
ium arrogat, dum arbitratur suo scripturas inter-  
pretatur, dum nihil in eis difficile, nihil obscurum  
esse persuasum habet, dum præter eas nihil recipi,  
traditiones autē Patrum prorsus reijci debere cen-  
set, dum Ecclesiam neq; videri, neq; cognosci posse  
credit, ita vt cuique coetui liberum sit nomen Ec-  
clesiæ vendicare, quis non videt, ex his doctrinæ  
Brentianæ capitibus, cuius primus autor fuit Mar-  
tinus Lutherus, natum esse Sathanismum, qui nūc  
regnat in multis partibus Germaniæ, qui pedetens-  
tim etiam in Poloniæ regnum & adiunctas illi ter-  
ras irrepere conatur? Quamobrem nihil ab insti-  
tuto nostro fecerimus alienum, si nonnulla de eo  
præfati fuerimus.

Ante quadraginta hos annos is fuit orbis vni-  
uersi status, quàm latè patet in eo nomen Christia-  
num, vt rectè de illo dici potuerit, quod in Genesi  
scriptum legimus: Erat terra labij vnus & sermo  
eorundem: quodq; scribitur in Actis Aposto-  
lorum

Gen. ii.

\*